



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

Prologvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

I
S. BONAVENTURÆ

EPISCOPI CARDINALIS
ALBANENSIS, QVONDAM
totius Ordinis Minorum Generalis
Ministri, Seraphici Doctoris Ec-
clesiæ, in Speculum disciplinæ ad
Nouitios,

PROLOGVS.



Ad honestatem tendentes, im-
primis necessarium habent, vt
per exercitium disciplina, vir-
tutis titulum citius apprehendere possint.

Nã (vt ait Hugo de S. Victore) vsus di-
discipline ad virtutem animum dirigit;
virtus autem, ad beatitudinem perducit:

ac per hoc, inquit, exercitium disciplinae
esse debet nostra inchoatio, virtus perfe-
ctio, premiũ virtutis eterna beatitudo.]

Verũ qui disciplinam in noua conuer-
sationis initio negligit: ad eam postmodum
difficile applicat, & formam quam pri-
mò quis recipit, vix deponit. Adoles-
cens namque iuxta viam suam etiam,
cũ senuerit, non recedet ab ea.] Optima
viuendi forma eligenda est, quam reddat
assuetudo iucundam. Primus autem ad

A

pro-

ro. a. infir.
monast. ad
nouit. in
prologo.

Prim. 22. 6

Primus ad
virtutem
gradus,
proprij de-
fectus cog-
nitio.

profectum gradus, defectus cognitio; mag-
naque omnino prudenti securitas, viuendi
modum nouisse congruum, pro varia re-
rum & accidentium qualitate. nec mini-
mum est contemnere minima, qua non mi-
nimam moribus maculam, eo turpius neg-
lectui habita ingerunt, quo vitari facilius

Obseruent
monasti-
carū cere-
moniarum
doctores.

cognita valuerunt. Proinde qui Spiritus
Dei aguntur, moralibus documentis in-
tendunt; qua tamen superbi & fatui con-
temnentes, nunc superstitiones, nunc cere-
monias vocant; aut certè calumniis fuca-

Prou. 13, 2

tis impugnāt. nec enim stultus verba pru-
dentia recipit: nisi ea dixeris, qua ver san-
tur in corde eius.] Hic ergo tractatulus per
superiorum impositionem exactus, rudi
quidem iuxta scribentis ruditatem, & in-
renti exigentiam, stylo, ex diminutis quo-
que ac nudis, ob breuitatem, incompactis-
que interdum, sed congruis pro morum
traditione sententiis editus, nouis Christi
discipulis, pro aliquali speculo inspicien-
dus proponitur: vt per pauca sibi proposi-
ta, occasionaliter fiant in pluribus cautio-

Prou. 9, 9.

Da sapienti occasionem, ait Salomon,
& addetur ei sapientia.] Attendant ta-
men quadam hic accipienda fore commu-
niter, & magis & minus, pro loco & tem-

pore

pore obseruanda: licet non semper pro singulis conditionum modificatio replicetur.

Prudens, vt rerum varietas exigit, ita se accommodat tempori, non se in aliquibus mutans, sed potius aptans: sicut manus quæ eadem est cùm in palmam extenditur, & cùm in pugillum constringitur.]

Seneca lib.
de virtutib.
cap. Prudentia.
Simile
e' elegans.

Nec moueat, si qua pro iunioribus impertinentia videantur. Proinde iunior in his sapè, quæ ipsam excedunt, instruitur: vt seniorum se proposito applicans, sit quantum congruit aptior ad agenda, cautior ad cauenda. Prolixitatem, fortè tetricus si quis fuerit inspector, causabitur: sed necessariam in expertis dicendorum expressionem aduertat: nec facile rudes, (pro quibus est opera) generalibus posse cõmentibus, id est, breuibus & incompletis sententiis erudiri, aut concisis passim proficere paradoxis, unõque nihilominus nouerit titulo multa quandoque perstringi, quæ specialem requirerent explicanda tractatum. Duas autem particulas, principalem videlicet & incidentalem, huius operis series habet. Principalis diuiditur in duas: in quarum prima de preparatoriis ad disciplinam, & aliquibus eius effectibus incidenter: in secunda de ipsa plenius tractatur.

Diuisio libri.

zur. Preparatoria sunt per modum principij, medij & postremi: Depositio vetustatis, stabilitas mentis aduersus tentationes diaboli, & subiectionis humilitas. Primum preparationem inchoat, secundum continuat, tertium verò consummat. Seruanda erit ubique maiorum & minorum paragraphorum distinctio, ad seriei & ordinis euidentiã ampliorem.

S. BO-

